

SECRET

Super has hóstias. Dómine, quæsumus, benedictio copiósas descendat: quæ et sanctificatióem nostram misericórditer operátur; et de sancti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis fáciat sollempnitáte gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectiόem suam ómnibus discípulis suis maniféstus apparuit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION Apocalypse 3: 21

Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo: sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno ejus. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Postcommunio. Sanctificati, Dómine, salutári mysterio: quæsumus; ut nobis sancti Bonifátii Martyris tui atque Pontíficis pia non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernari. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Let Thy plenteous blessing descend upon these offerings, O Lord, both mercifully to work our sanctification and to make us rejoice in the solemnity of St. Boniface, Thy martyr and bishop. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

To Him that shall overcome, I will give to sit with Me in My throne: as I also have overcome, and am set down with My Father in His throne. (P.T. Alleluia.)

Sanctified, O Lord, by this saving mystery, we beseech Thee that the loving prayer of St. Boniface, Thy martyr and bishop, by whose patronage Thou hast given us to be governed, may never be wanting. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: JUNE 5, ST. BONIFACE, BISHOP & MARTYR

MASS *Exsultábo* (red)

INTROIT Isaiah 65: 19, 23

Exsultábo in Jerúsalem et gaudébo in pópulo meo: et non audiétur in eo ultra vos fletus et vox clamóris. Elécti mei non laborábunt frustra neque generábunt in conturbatióne: quia semen benedictórum Dómini est, et nepótes eórum cum eis. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 43: 2) Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri narravérunt opus, quod operátus es in diébus eórum. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exsultábo in Jerúsalem et gaudébo in pópulo meo: et non audiétur in eo ultra vos fletus et vox clamóris. Elécti mei non laborábunt frustra neque generábunt in conturbatióne: quia semen benedictórum Dómini est, et nepótes eórum cum eis. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT

Deus, qui multitúdinem populórum, beáti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es: concéde propítius; ut, cujus sollémnia cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 44: 1-15

Laudémus viros gloriósos et paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo. Dominántes in potestátibus suis, hómines magni virtúte et prudéntia sua præditi,

I will rejoice in Jerusalem, and joy in my people, and the voice of weeping shall no more be heard in her, nor the voice of crying. My elect shall not labor in vain, nor bring forth in trouble: for they are the seed of the blessed of the Lord, and their posterity with them (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 43: 2) We have heard, O God, with our ears: our fathers have declared to us the work Thou hast wrought in their days. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Ghost, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. I will rejoice in Jerusalem, and joy in my people, and the voice of weeping shall no more be heard in her, nor the voice of crying. My elect shall not labor in vain, nor bring forth in trouble: for they are the seed of the blessed of the Lord, and their posterity with them. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O God, Who didst vouchsafe to call a multitude of peoples to the knowledge of Thy name by means of the zeal of blessed Boniface, Thy martyr and bishop, mercifully grant that, as we venerate his festival, we may experience the benefits of his protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let us now praise men of renown, and our fathers in their generation. The Lord hath wrought great glory through His magnificence from the beginning. Such as have borne rule in their dominions, men of great power and

nuntiántes in prophétis dignitátem prophetárum, et imperántes in præsentí pópulo, et virtúte prudéntiæ pópulis sanctíssima verba. In perítia sua requiréntes modos músicos, et narrántes cármina scripturárum. Hómines dívites in virtúte, pulchritúdinis stúdiu habéntes: pacificántes in dómibus suis. Omnes isti in generatió nibus gentis suæ glóriam adépti sunt, et in diébus suis habéntur in laúdibus. Qui de illis nati sunt, reliquérunt nomen narrándi laudes eórum. Et sunt, quorum non est memória: periérunt, quasi qui non fúerint: et nati sunt, quasi non nati, et filii ipsórum cum ipsis. Sed illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuéerunt: cum semine eórum pérmanent bona, heréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum: et filii eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatió nem et generatió nem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum nuntiet Ecclésia.

(In Paschal Time the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead.)

GRADUAL 1 Peter 4: 13-14

Communicántes Christi passió nibus gaudéte, ut in revelatió ne glóriæ ejus gaudeátis exsultántes. Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis: quóniam, quod est honóris, glóriæ et virtútis Dei, et qui est ejus Spíritus, super vos requiescet.

endued with their wisdom, showing forth in the prophets the dignity of prophets. And ruling over the present people, and by the strength of wisdom instructing the people in most holy words. Such as by their skill sought out musical tunes, and published canticles of the Scriptures. Rich men in virtues, lovers of beautifulnes: living at peace in their houses. All these have gained glory in their generations, and were praised in their days. They that were born of them have left a name behind them, that their praises might be related. And there are some of whom there is no memorial; who are perished, as if they had never been, and are born as if they had never been born, and their children with them. But these were men of mercy, whose godly deeds have not failed. Good things continue with their seed. Their posterity are a holy inheritance, and their seed hath stood in the covenants. And their children for their sakes remain forever; their seed and their glory shall not be forsaken. Their bodies are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Let the people show forth their wisdom, and the church declare their praise.

(In Paschal Time the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead.)

Partaking of the sufferings of Christ, rejoice, that when His glory shall be revealed, you may also be glad with exceeding joy. If you be reproached for the name of Christ, you shall be blessed: for that which is of the honor, glory, and power of God, and that which is His spirit resteth upon you.

LESSER ALLELUIA Isaiah 66: 12

Allelúja, allelúja. Declinábo super eum quasi flúvium pacis, et quasi torrén tem inundántem glóriam. Allelúja.

GREATER ALLELUIA

Isaiah 66: 10, 14

Allelúja. allelúja. Lætámini cum Jerúsalem, et exsultáte in ea, omnes, qui dilígitis Dóminu. Allelúja. Vidébitis, et gaudébit cor vestrum: cognoscétur manus Dómini servis ejus. Allelúja.

GOSPEL Matthew 5: 1-12

In illo témpore: Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discipuli ejus, et apériens os suu, docébat eos, dicens: Beáti páuperes spírítu: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites: quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti, qui lugent: quóniam ipsi consolabúntur. Beáti, qui esúriunt et sitiunt justítiam: quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericódes: quóniam ipsi misericórdiam consequántur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deu vidébunt. Beáti pacifici: quóniam filii Dei vocabúntur. Beáti, qui persecutió nem patiúntur propter justítiam: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti estis, cum maledixerint vobis et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsu vos, mentiéntes, propter me: gaudete et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis.

OFFERTORY Psalms 15: 7-8

Benedícam Dóminu, qui tríbuit mihi intelléctum: providébam Deu in conspéctu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear. (T.P. Allelúja.)

Alleluia, alleluia. I will bring upon him as it were a river of peace, and as an overflowing torrent the glory. Alleluia.

Alleluia, alleluia. Rejoice with Jerusalem, and be glad with her, all you that love the Lord. Alleluia. You shall see, and your heart shall rejoice, the hand of the Lord shall be known to His servants. Alleluia.

At that time: Jesus seeing the multitudes, went up into a mountain, and when He was sat down, His disciples came unto Him. And opening His mouth, He taught them, saying: Blessed are the poor in spirit for theirs is the kingdom of Heaven. Blessed are the meek, for they shall possess the land. Blessed are they that mourn; for they shall be comforted. Blessed are they that hunger and thirst after justice: for they shall have their fill. Blessed are the clean of heart; for they shall see God. Blessed are the peacemakers; for they shall be called the children of God. Blessed are they that suffer persecution for justice' sake; for theirs is the kingdom of Heaven. Blessed are ye when they shall revile you and persecute you, and speak all that is evil against you, untruly, for My sake: be glad and rejoice, for your reward is very great in Heaven.

I will bless the Lord Who hath given me understanding: I set the Lord always in my sight; for He is at my right hand, that I be not moved. (P.T. Alleluia.)